



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De actibus externis interruptis, parag. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

vel per annum infirmetur; vel discedat ab urbe, vel ipso lapsu temporis, rerumque mutationibus frigescat, immo evanescat veluti natura sua illa prava voluntas; si deinde post annum sanus effectus, vel rediens in urbem, &c. Voluntatem occidenti resumat; sanè hæc voluntas cum illa priori facere unum non videtur; quia morali modo non censetur illa tam distans voluntas ita habitualiter permanere; ut cum hac ad constandum unum peccatum, conjungatur. Et per hoc fortasse duæ prædictæ sententiæ conciliabuntur.

§. 6.

De actibus externis interruptis.

35 **A**ctum externum hic exhibet, qui præter internam pravam cogitationem addit

addit aliquam exteriorem demonstrationem. Id quod duplici contingere potest modo: Primo in ordine ad unum numerum actum, seu finem: ut si quis, ne mortem effugiat suus inimicus, per unum annum v. g. paret illi insidias, præparet gladium, equum conscendat, &c. Ita etiam si quis amans puellam per duos annos, v. g. semper quærat modum, quo illa potiatur: in his exemplis unum est homicidium numero, una numero fornicatio, ad quæ ordinantur respectivè illi actus externi. Secundo in ordine ad diversos actus, ut cum quis exeret habitualiter officium ex se multis numero, vel specie peccatis implicitum. Talis est meretrix, usurarius, grassator viarum. Hic de prioribus; in sequenti §. de posteriore agemus.

36 Quoad prius ergo dicendum est idem, quod in præcedenti

D 2 denti

a *DeLug.*
d. 16 *sect.*
14. n. 567.

denti §. dictum est, & propter pa-
ritatem rationis; omnes enim hi
actus externi sumunt unitatem
ab illo actu finali, ad quem ordi-
nantur. Adscribe tamen exce-
ptionem positam n. 34. Quare
probabile est, satis esse ad Sacra-
mentum pœnitentiæ si dicat
quis, per tot dies procuravi ho-
mucidium mei inimici, ejusdem
puellæ congressum, &c.

37 Illud nota, si mediante alia
persona finem intentum acqui-
rere curasti, vel puellam tenta-
sti renitentem; debere id expli-
cari: quia est inductio proximi
ad peccatum, atque adeò no-
vam speciem peccati scandali
commisisti. Dixi renitentem,
nam de consentiente dicitur in-
fra cap. 7. §. 6.

38 Petes, si quis finem obti-
nuit suæ pravæ cogitationis, sa-
tisne est fateri dictum finem.
dumtaxat; se v. g. puellam co-
gnovisse; se occidisse inimicum.

Respon.

Respondeo, de Lugo b ait: quia hoc est peccatum consummatum; non esse necesse ut is dicat quoties habuit decretum procurandi, cum sufficiat confiteri illud tanquam unum peccatum consummatum. Sed profectò debere explicare saltem se per tantum tempus procurasse, modo jam explicato §. præcedenti, mihi non est dubium; ut scilicet innotescat, an, & quæ persistentia peccati habitualis præcesserit.

b Idem, n. 566.

§. VII.

De peccatore habituali, ubi de Meretrice.

39 **Q**uoad secundum, quod modo promisimus in hoc §. declarandum; sic statuo: licet illa opinio a quod similes peccatores habituales debeant speciatim numerum, speciemque peccatorum explicare

a Doctores apud Fag. & Dian. mox cit.

D 3 fit